

solidalis fidejussor non præsumatur; Wisembach. *ad Pandect.* tit. de duob. Reis constit. num. 25, circa med., ideoque in solidum numquam tenebitur, nisi hoc sit specialiter inter partes conventum. Groenevegen. in *Auth. Hoc ita Cod. de duob. Reis const.* et ita definitum legimus. in l. 11, in fin. ff. de eod. tit. « partes viriles deberi, quia non fuerat adjectum singulos in solidum spondisse, » ita ut duo rei promittendi fierent ibique Brunem. n. 6. Corvin. in *Cod.* lib. 8, tit. 40, § ut plures.

(73. Solidalis obligationis plures sunt effectus. I. Ad omne id tenetur ad quod tenetur principalis debitor. Rot. in Romana Pecuniaria 27 Jun. 1760, § 3 et seq. cor. bon. mem. Ratta. II. Perempta principalis debitoris obligatione, ut si fidejussor accesserit ad obligationem minoris sine tutoris auctoritate, adhuc remanet obligatus fidejussoris Rot. in Romana Cambii 21 Januarii 1753, § 9, cor. Borull. Cum enim hoc casu utriusque fidem secutus fuerit Creditor, æquum est, ut uno deficiente alterum conveniat cui prioris privilegium non competit. III. Ad solutionem potest compelli antequam Creditor principalem debitorem excutiat, in quo omnes juris Interpretes, et Doctores conveniunt. Rot. in Albanen Salviani 5 Decembris 1753, impres. 1736, § 4, cor. Elephantutio. Spoletana Pensionis 3 Junii 1757, § 3, cor. Canniliac. ubi ratio affertur, quod respectu creditoris debitor, et fidejussor habentur tamquam duo rei debendi. IV. Non ita tamen conventum Doctores circa beneficium divisionis, quod a nonnullis solidati etiam Fidejussori conceditur inter quos Vinn. *Instit.* lib. 3, tit. 17, § 1, n. 1. Zæus. in *Pandect.* lib. 45, tit. 2. Coruin. in *Cod.* lib. 8, tit. 40, in fin. Cujac. *ad Novell.* 99. Alii vero illud eidem omnino negant, et redarguunt contrarios. Heinecc. *ad Vinn.* loc. cit. et in *Instit.* lib. 3, tit. 17, § 845. Jac. Curtius *Conjectur.* lib. 1, c. 8. Donell. in *Auth. Hoc ita Cod. de Duob. reis Constit.* Voet. in *Pandect.* lib. 45, tit. 1, num. 4, sed apud nostros omnis sublata fuit controversia a S. Rota, quæ definit omnia simpliciter Fidejussori competentia privilegia amitti in solidali Fidejussione. cor. Emerix. decis. 972, in fin. cor. Lancet. decis. 875, num. 13, cor. Falconer. tit. de *Fidejuss.* decis. 5, n. 6. V. Ob dilationem concessam debitori a creditore solidalis fidejussoris obligatio non tollitur. Rot. cor. Lancet. dict. decis. 875, n. 9, et 10.

(74. Creditoris igitur arbitrio omni exceptione remota potest fidejussor solidalis conveniri, quod adeo verum est, ut, si Creditor primo elegerit Debitorem, hunc potest relinquere, et a fidejussore debitum petere quia non electione, sed solutione tantum extinguatur obligatio l. ultim. *Cod. de Fidejuss.* Bruneman. in *Cod.* lib. 8, tit. 41, in leg. 9, num. 2, et 5, et in leg. ultim. per tot. Coruin. in *Cod.* lib. 8, tit. 41, circa fin. (75. Quinimmo si electo debitore principali vel fidejussore contra alterutrum jam lata sit sententia, sed tamen Creditor difficilem

ipsius executionem cognoscat, eodem pari relicto, potest creditor alterum pro expeditione solutione conveniri. Guido Papæ decis. 348. Voet in *Pandect.* lib. 45, tit. 2, num. 4, et lib. 46, tit. 1, num. 20. (76. Quamvis vero divisionis beneficio Fidejussor solidalis se defendere nequeat, si tamen Creditor, qui ex pluribus reis debendi unum in solidum convenire poterat, singulos in partem virilem non modo convenerit, sed insuper exegerit partem ab aliquibus sponte oblatam, vel in vim iudicii solutam, liberum eidem amplius non est deficientium portiones a reliquis exigere l. 16. *Cod. de Fidejuss.* Herincius de *Fidejuss.* c. 27, part. 2, num. 48. Voet loc. cit. num. 26.

(77. Unice solidalis fidejussor liberari potest per novationem prioris contractus, ut si Cambialis contractus in censum immutatus sit, dummodo tamen vera sit novatio, et prior cum posteriore contractu incompatibilis, nec fuerit interpellatus fidejussor, ut superiori Articulo observavimus; præsertim si deinde ob posteriore contractum adeo immutata appareat Debitoris conditio, ut maximo Fidejussor detrimento afficiatur. (78. Solidalis quippe obligatio naturam fidejussionis non immutat, sed tantum hoc casu privat fidejussorem iis privilegiis, et exceptionibus, quæ secus ipsi competere. Rot. in Romana, seu Albanen Pecuniaria, 10 Januarii 1752, § fin. cor. Canniliac. in Romana Pecuniaria super translatione Locorum Montium 19 Martii 1760, § 5, cor. Franqipane.

(79. Dum dicitur, per unius rei solutionem alterum liberari, intelligendum est respectu creditoris, non vero respectu debitoris principalis, vel confidejussoris. Quamvis enim ante solutionem nullam contra eundem habeat actionem Corvin. in *Cod.* l. 8, t. 41, p. 672, in princ. post tamen expletam solutionem, si a creditore actionum cessionem reportaverit, debet a principali debitore indemnis servari tam quoad sortem, quam quoad fructus, et omnia quæcumque damna ob id passa. Rot. cor. Falconer. tit. de *Legit. decis.* 3, num. 13. præcipue si inter partes hoc expresse conventum appareat. Rot. in Ferentina Salviani, 29 Januarii 1751. § 12. Cortiada. (80. Sed cum indemnitate non nisi iudicis officio consequatur actione mandati vel negotiorum gestorum, ideo opus est, ut in iudicio separato principalem debitorem conveniat, nisi Fidejussor sit de iudicio solvendo, vel contractus paratam habeat executionem vel munitus obligatione Camerali, quibus casibus a novo iudicio abstinere potest, et principalem debitorem convenire in vim iudicii, in quo causa cecidit; Voet. in *Pandect.* lib. 46, tit. 1, num. 35. *Concer. Variar. resolut.* part. 2, cap. 5, num. 126.

(81. Tertia fidejussorum species est indemnitate, quæ inter simplicem, et solidalem obligationem medium obtinet locum. Talis enim fidejussor nec principaliter ligatur, nec integram principalis obli-

gationem suscipit, sed spondit id, quod a debitore principali consequi creditor non poterit. Corvin. in *Cod.* lib. 8, tit. 41, pag. 670, coll. 2. Zæus. in *Pandect.* lib. 46, tit. 1, num. 24. Hic proprie ex legis præsidio excussionis, et divisionis beneficio non gaudet, sed ex natura pacti neque ante principalem Debitorem potest conveniri, neque in plus eo condemnari, quod creditor vel a Debitore, vel a pignoribus perceperit. l. 41, l. 63, ff. de *Fidejuss.* et l. 17, *Cod. eod. ibid.* Bruneman. Quapropter licet omnibus legum beneficiis renuntiaverit, non tamen dicta privilegia amittit, nec ad solvendum compellitur, nisi post excussum principalem debitorem. Zæus. loc. cit. Parladorius. 2, *Rer. quotidian.* cap. fin. part. 4, § 7, num. 9 et 10. Hering. de *Fidejuss.* cap. 27, num. 142, et seq. Dum enim excussionis beneficio renuntiat, contra naturam pacti agere videtur, ideoque erronea reputatur, nec attenditur. Wosembac. cons. 13, n. 31. Franc. de *Fidejuss.* cap. 5, num. 169, Hering. loc. cit. Gail. lib. 2, observat. 27, n. 13, Bruneman. in *Cod.* lib. 8, tit. 41, leg. 17, num. 6. Tum quippe Creditor, tum Fidejussor convenisse videtur, ut sub conditione fidejussor teneretur, quatenus vel a debitore, vel a pignoribus integre non satisfaceret, ideoque pendente conditione repugnat, ut creditor contra ipsum agere possit, cum nondum principali debitore ex-

cusso, constare non possit quantum Creditor a Debitore consequi debeat. Bruneman. loc. cit. n. 5.

(82. Liberatur autem hic fidejussor, si cum Creditor tum Debitorem principalem, tum pignora excutere potuisset, id neglexerit in causa fuerit, cum Debitor principalis in deteriorem incidere conditionem. Sibi enim imputet creditor si, dum potuit aliunde quam a Fidejussore subsidiarie tantum obligato integrum creditum consequi, eoque principali debitori molestias inferre distulit, donec a facultatibus liberetur, et pignora idonea esse detinerent. Hoc quippe casu licet salvum creditum non habeat, cum tamen id ex propria culpa proficiscatur, idem est ac si salvum illud haberet, cum quis damnum pati non dicatur, damno causam dedit. Voet in *Pandect.* lib. 46, tit. 1, num. 38. Quid vero si, antequam Creditor Debitorem principalem interpellat, decedat debitor, et hoc casu si creditor a Fidejussore monitus, ut debitorem conveniret, dolose non distulit, Fidejussor obligatus remanebit l. 16, in fin. ff. *fidejussor.* « Sed et si antequam appellaretur, decessisset, fidejussor obligatus erit, qui hoc quoque casu verum esset, reum non solvisse. » — ut contra dispositionem text. in lib. 62, ff. eod. tenent Brun. in leg. supr. relat. et Hering. de *Fidejuss.* cap. 20, § 13, num. 21, et seq.

FIDES.

SUMMARIUM.

1. Fidei vocabulum in Jure, et in S. Scriptura plures habet acceptiones. — 2. Insuper fides accipitur pro credulitate, et alia est Divina, et alia humana. — 3. Fidei nomen accipitur ulterius pro collectione articuloꝝ fidei Divina credendorum. — 4. Traditur fidei definitio. — 5. Hac fide fidelis credit Deum, credit in Deum, credit Deo. — 6. Hæc fides vocatur Catholica, et quare, nec non Orthodoxa. — 7. Eadem fides fuit Patrum Veteris Testamenti, et nostra. — 8. Affertur, et solvitur instantia. — 9. Fides Divina quid sit secundum habitum, et secundum actum, et quomodo una, vel multiplex? — 10. Fides non solum habitualis, sed et actualis fuit, est, et erit omnibus usum rationis habentibus pro quocumque statu necessaria necessitate mediæ ad salutem. — 11. Fides explicita de existentia veri Dei, et quod sit justus remunerator, est necessaria ad salutem necessitate mediæ. — 12. An autem Mysterium SS. Trinitatis, et Incarnationis, Domini nostri Jesu Christi sit explicitè credendum necessitate mediæ? Variæ sunt Doctorum sententiæ. — 13. Affertur prima sententiæ. — 14. Affertur secunda. — 15. Affertur tertia. — 16. Affertur quarta. — 17. Ex dictis sententiis prima tanquam probabilior est tenenda. — 18. Affertur et solvitur notabilis instantia. — 19. Omnes fideles, postquam ad usum rationis pervenerint, tenentur sub mortali necessitate præcepti explicitè credere, et saltem quoad substantiam, seu crasso modo scire mysteria contenta in Symbolo Apostolorum, Orationem Dominicam, Præcepta Decalogi, Sacramenta maxime necessaria; reliqua vero tunc quando volunt suscipere. — 20. Non sufficit fides ex testimonio humano, aut simili naturali motivo. — 21. Omnes fideles, postquam ad usum rationis pervenerint, obligantur præcepto Divino ad eliciendum quandoque actum internum fidei. — 22. Non sufficit autem actum Fidei tantummodo semel in vita elice-

re. — 23. Ad eliciendum actum fidei tenetur quilibet rationis capax, cum primitus ei sufficienter fides proponitur. — 24. Item ad eliciendum actum fidei tenetur quisque, cum graviter tentatur interius contra fidem. — 25. Item ad eliciendum actum fidei internum tenemur, quando urget præceptum confitendi fidem exterius. — 26. Item tenemur elicere actum Fidei per accidens quoties urget præceptum alicujus virtutis exercendæ, quam sine fide non possumus exercere. — 27. Item tenemur sæpius, et frequenter in vita decursu actus fidei elicere. — 28. Nullo unquam casu, adeoque nec mortis vitandæ causa, licet fidem negare externe, omnino quamvis ea retineatur interne. — 29. Immo nedum nullo unquam casu licet fidem negare externe, sed insuper tenemur de præcepto aliquando eam externe profiteri. — 30. Duplex est præceptum Confessionis externalis fidei, scilicet negativum obligans semper, et pro semper, et affirmativum obligans quidem semper, sed non pro semper, ac solummodo pro aliquo determinato tempore. — 31. Per hoc affirmativum præceptum tunc præsertim obligamur ad externam fidei confessionem, quando per ejus omissionem subtraheretur honor debitus Deo, aut utilitas proxime impendenda. — 32. Per se loquendo, si quis de fide interrogetur a persona privata, non peccat, si tacet. — 33. Potest licite fides occultari fugiendo. — 34. Non possunt tamen licite fugere Episcopi, aut Pastores, ubi eorum præsentia esset Ovis pascendis, aut in fide confirmandis necessaria, etiamsi mors ipsis immineret. — 35. Item licitum est occultare fidem signis, quæ ex se sunt indifferentia. — 36. Illicitum tamen est occultare fidem signis illis, quæ ad profitendam falsam Religionem sunt instituta. — 37. Laicis personis de mysteriis fidei publice, vel privatim disputare prohibitum est sub pœna excommunicationis ferendæ. — 38. Hæc prohibitio non solum comprehendit disputationem fidei dubitativam, sed etiam disputationem fidei confirmativam. — 39. Talis pro-

rum de Observantia licentia in scriptis obtenta, quomodo ferre permittant, et præterea præcipitur prædictis Eremitis sub gravissimis pœnis, ut pro majori, faciliorque eorum a Fratribus dicti Ordinis discrimine de cætero ultra barbam, gestent etiam Tuicam breviorē, solumque scapulare longius Pallio, seu Mantello, ad differentiam Tertiariorum

(1. Eremita denominatur ab Eremo, quem colit, ut Deo liberius, et commodius serviat. Communis. (2. Eremita enim est nomen Græcum quod latine idem significat ac *Desertum*, sive *locus solitarius*, et omni habitatore destitutus; (3. Unde Eremita juxta nomenclaturam est Eremita cultor, sive Eremicula, et aliquando dicitur Monachus Græce, Latine solus; c. *Si cupis* 15. caus. 16. p. 1. ibi: « Si cupis esse quod diceris, Monachus, id est solus, quid facis in Urbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum? » ubi Gloss. in verb. *Solorum* subnectit, id est solitariorum. (4. Eremitarum secundum D. Hieronymum *Epist.* 22. ad Eustochium tria sunt genera, ibi: « Primum Cœnobitæ, quos illi Sauses gentili lingua vocant, nos in Comuni viventes possumus appellare: Secundum Anachoritæ, qui soli habitant per desertum, et ab eo, quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur; Tertium genus est, quod Robomoth dicunt, deterrimum atque neglectum; » hæc ille. (5. Unde alii dicebantur *Cœnobitæ*, scilicet in communi viventes, alii *Anachoritæ*, scilicet soli habitantes, et alii *Romothitæ*, scilicet in communi, sed deterrime, laxæ, et improbe viventes.

(6. Sanctus Benedictus cap. 1. *Regulæ*, et cap. 15. quatuor enumerat genera Eremitarum, Cœnobitas scilicet, Anachoritas, Sarabaitas, et Gyrovagos, S. Augustinus vero lib. *de Moribus Eccles.* dicit quod Eremitarum genus dividitur in Anachoritas, et Cœnobitas, et non alias species, cum quo videntur concordare Eminentiss. Bellarminus tom. 2. *de Monach.* lib. 2. cap. 3. Sapientiss. Suarez tom. 4. lib. 1. *de varietat. Religion. in genere*, c. 2. existimantes alias divisiones verbales falsas, aut futes, cum aliqua membra prædictorum sese mutuo includant ut inter se minime differant. Nam Eremitæ, et Anachoritæ sola voce differunt: Robomothitæ, et Sarabaitæ, et Gyrovagi, Cœnobitæ sunt; sed deterrime vivere in Monasterio cum proprio, et sine obedientia, non facit diversum genus condistinctum ab aliis, sed est corruptio vitæ Eremiticæ, et quod quidam se conferant in Eremum, non ut sanctius, sed liberius vivant, non est genus diversum, sed relaxatio vitæ Monasticæ, ut observat Eruditiss. P. Donatus *Prax. Regul.* t. 4. tract. 4. num. 6. (7. Fagnanus tandem lib. 2. *Decretal.* in cap. *Nullus Judicium* 2. *de Foro competent.* n. 54 ad 64. quatuor distinguit species Eremitarum. (8. Primi sunt Eremitæ, qui emittunt tria vota substantia- lia in aliqua ex Religionibus approbatis, quales sunt Eremitæ tam calceati, quam discalceati S. Augustini, Eremitæ S. Hieronymi per Hispaniam, et per Italiam, Eremitæ Servitæ Montis Senarii, Eremitæ S. Hieronymi de Fesulis, Eremitæ B. Petri de Pisis. (9. Se-

commensalium. — 21. Afferitur Edictum, quo præcipitur prædictis Eremitis sub gravissimis pœnis, ut infra decem dies ab emanatione hujus Edicti teneantur exsequi omnia ordinata in prædictis Constitutionibus Urbani VIII. et Benedicti XIII. — 22. ad 26. An Eremitæ gaudeant privilegiis Fori et Canonis.

Secundi sunt Eremitæ viventes in Congregatione et habentes modum vivendi ab Episcopo approbatum, et tales licet non sint vere, et proprie Religiosi, quia non continentur aliquam ex Religionibus a Summo Pontifice approbatis, tamen sunt personæ Ecclesiasticæ, et subsunt jurisdictioni Episcopi Diocesani; arg. cap. *Indemnitatibus* § penult. *de Elect.* in 6. et Clementin. 2. § *Illas quoque mulieres, de Statu monachorum.* (10. Tertii sunt Eremitæ, qui quamvis nec sint professi alicujus Religionis, nec vivant in communi, tamen de facultate Episcopi induunt Habitum Eremiticum et de ipsius auctoritate sunt deputati servitio alicujus Ecclesiæ, vel Oratorii, seu Eremitorii, et sub illius obedientia vivunt. (11. Quarti denique sunt Eremitæ, qui non sunt deputati Ecclesiæ servitio auctoritate alicujus Prælati Ecclesiastici, sed voluntarie suscipiunt, et ad sui libitum deferunt Habitum Eremiticum.

(12. Eremitæ primi, et secundi generis gaudent privilegio Fori, et privilegio Canonis; de primis enim nefas esset hoc dubitare, cum sint vere et proprie Religiosi: de secundis quod gaudeant, nedum privilegio Fori, sed etiam Canonis, tenet expresse Silvester in verb. *Eremita*, quæst. 1, n. 2, et in verb. *Ecclesia* 1, § dicto 6, num. 6, et cum multis Fagnan. loc. cit. a num. 55, ad 60. (13. Eremitæ tertii generis etiam gaudent privilegio Fori, et Canonis, Silvester verb. *Ecclesia* 1 § 5, dicto 6. Armilla verb. *Eremita* num. 3. Navar. in *Manual.* cap. 17, sub num. 79, in fin. et *Comment.* 2, num. 44, *de Regularibus*, D. Nicol. Bær. in tract. *de statu et vita Eremit.* n. 13, et 14. Covar. *Practic.* qq. cap. 34, num. 4. Carol. de Grassis, *de Effect. Cleric.* effect. 1, num. 105. Aloysius Ricc. 2. part. prax. resol. 149. Leonard. Duard. in *commen. Bullæ Cænæ* lib. 2. can. 15, quæst. 6, cum sua addit. Ricciol. lib. 5. *Lucub.* cap. 3, in secundo caus. Bonacina tom. 3, *de censuris Bullæ Cænæ* disput. 1, quæst. 16, sect. 1, punct. 3, num. 18. Barbosa. *de Offic. et potes. Episcop.* allegat. 12, num. 41, et lib. 1. *Juris Eccles. univers.* cap. 39, num. 45. Novar. 1, part. quæst. 67, multis allegatis a num. 1, usque in fin. *de elect. Fori*, Lezana pluribus citatis part. 2, cap. 7, num. 4, et 5. Fagnan. in cit. cap. *Nullus* 2, *de Foro competent.* n. 61, et cum multis aliis Reiffenstuel lib. 3, *Decretal.* tit. 1, num. 25, arg. cap. *Qui vere* 16, quæst. 1, ibi: « Qui vere, pureque solitariam eligunt vitam, digni sunt convenienti honore, » et Gloss. ibid. verb. *Vere*, et arg. cap. *Duo sunt genera* 12, quæst. 1, ubi illud Christianorum genus reputatur intra Clericos: « Quod mancipatum divino Officio, et deditum contemplationi, et orationi, ab omni strepitu temporalium cessare convenit. » Istis autem

adnumerantur Eremitæ recenti auctoritate Episcopi Diocesani ad servitium alicujus Ecclesiæ, vel Oratorii, adeoque, etc., et quod tales Eremitæ sint personæ Ecclesiasticæ, censuit Sac. Cong. Episcop. in Fundana 17, Jan. 1594, ut refert Barbosa decis. Apostolic. verb. *Eremita* num. 2. (14. Non desunt tamen qui tenent contrarium, et maxime de privilegio Canonis, ut Cardinalis in Clement. *Per literas, de præbendis*, et alii, quos citat Fagnan. loc. cit. n. 62. (15. Eremitæ quarti generis non gaudent, nec privilegio Fori, nec privilegio Canonis, ut de communi testantur Fagnan. loc. cit. num. 63. Reiffenstuel. loc. cit. n. 28, et alii passim.

(16. Deputatio Eremitæ pro custodia Ecclesiæ potest pertinere ad Laicos, sed approbatio semper spectat ad Episcopum; Sac. Congregat. Conc. in Albanen. 10 Maii 1692. (17. Pro istis Eremitis variæ emanant Ordinationes, quæ hic ad literam subnectuntur; et in primis datur Edictum emanatum sub Clemente XI. 6 Octobris 1702.

EDICTUM PRO EREMITIS.

Gasparo per la misericordia di Dio Vescovo di Sabina della S. R. C. Card. di Carpegna, della Santità di N. S. Vicario Generale, ec.

(18. Per impedire molti gravi inconvenienti, ed evitare li scandali, che frequentemente succedono in quest' Alma Città, per causa d' alcuni Vagabondi, che si fingono, e portano l' Abito de' Romiti senza la necessaria licenza; La Santità di Nostro Signore inerendo agli Editti in diversi tempi emanati, particolarmente dalla Sant. Memor. di Clement. VIII. nel 1602, e della San. Mem. di Clemente IX, col parere della Sag. Congregazione della Visita sotto li 15 Luglio 1669, ordina, e comanda a tutti li Romiti, che ora si trovano in questa Città di Roma, suoi Borghi, e distretto, anche nei Romitorj, o case particolari, vicino le Chiese, che in termine di otto giorni dopo la pubblicazione del presente Editto, ed a quelli, che verranno per l' avvenire, immediatamente dopo che sono entrati in questa Città, debbano deporre l' abito Eremitico, ovvero andare a star nel Convento, o Ospizio de' Romiti di Port' Angelica, fondato a quest' effetto con autorità Apostolica, affinché non sieno costretti andare all' Osterie, o Camere Locande, come dalla Costituzione della San. Mem. di Sisto V. che incomincia: *Cum nostræ*, emanata li 29 Maggio 1587, ed ivi mostrare le Testimoniali degli Ordinarj de' Luoghi, ed incarichiamo al Superiore di detto Ospizio di riconoscerle, e quelli, che non l' esibiscono, non ammetterli, anzi cacciarli secondo ordina la medesima Costituzione Apostolica, e quei, che l' hanno, riceverli con carità, conforme l' Istituto di detto luogo, in cui dovranno li suddetti vivere, e pernottare per il tempo prescritto sotto pena di carcere, ed Esilio da Roma, e dallo Stato Ecclesiastico per dieci anni, ed altre pene a nostro arbitrio. Parimente ordina la Santità Sua sotto

le medesime pene alli detti Romiti, che non vadino per Roma, se non portano la fede del Rettore, o Superiore del medesimo Ospizio, che ivi dimorano; Di più che non possino fermarsi in Roma più di tre giorni, se non avranno in iscritto da Noi, o da Monsignor nostro Vicegerente licenza particolare, quale si concederà gratis, quando vi sarà causa legitima, e in detto tempo, che avranno le licenze, non dovranno questuare, nè pernottar altrove, che in detto Ospizio, eccetto quelli, li quali saranno approvati da Noi, o dal detto Monsignor nostro Vicegerente, ed avranno un' altra speciale licenza in iscritto di dimorare in qualche Romitorio o Casa vicino le Chiese per fare l' Offizio di Custode delle medesime, ed a quelli se li preserveranno alcune Regole, secondo le quali dovranno contenersi.

Inoltre inerendo alla disposizione delle Costituzioni Apostoliche, e dei replicati Decreti della Sagra Congregazione de' Vescovi e Regolari, proibisce la Santità Sua, che nessuno Romito sotto qualunque pretesto, colore, o causa ardisca di portar l' abito di qualsivoglia Religione, anche con licenza del Superiore di essa, con Tonica, o Mantello lungo, o senza di esso, nè con scapolare, o cappuccio simile a quelli de' Religiosi, ma debbano portarli in forma, che siano totalmente distinti dall' abito regolare, o claustrale, sotto le pene dette di sopra, e per quelli, che porteranno l' abito de' Padri Cappuccini, o simile in maniera, che possano essere riputati di tale Religione, incorreranno, oltre le suddette pene, anche la pena della Scomunica lata sententiæ imposta dalle Costituzioni Apostoliche della San. Mem. di Paolo III, Pio IV, Gregorio XIII ed altri Sommi Pontefici.

Non intendiamo però di comprendere in questo Editto li Romiti, che ora sono, e per l' avvenire saranno con legitima autorità assegnati di Famiglia, e conviveranno in detto Ospizio, o Convento di Port' Angelica, nè meno i Terziarj, Commessi, Oblati, Offerti, Donati, o altri simili, che stanno di Famiglia, o convivono nei Monasteri, o Conventi de' Regolari. Avverta ciascuno di ubbidire, perchè contro li Trasgressori si procederà irremissibilmente alle pene sopradette, ed ancora maggiori a nostro arbitrio, secondo la qualità de' casi, con giustizia sommaria, ed anche per inquisizione. Volendo, che il presente pubblicato ed affisso ne' Luoghi soliti astringa tutti, come se a ciascuno fosse personalmente intimato. Comandiamo in oltre, che il Superiore di detto Convento, o Ospizio di Port' Angelica debba sempre tenere affisso un esemplare del presente Editto nel Refettorio, o altro luogo pubblico del detto Convento sotto pena a nostro Arbitrio. Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo dì 6 Ottobre 1702

G. CARD. VICARIO.

N. A. Cuggiò Segr.

medii ad justificationem, et salutem æternam. Ita Sotus in 4. d. 5. q. 2. art. 2. Vega lib. 3. in *Trid.* c. 19. et 20. Medina lib. 4. de *recta in Deum fide*, cap. 10. Corduba in *Questionario* lib. 2. q. 5. Sà, verb. *Fides*. Castrop. tom. 1. tra. 4. d. 1. punct. 9. n. 7. Hurtad. de *Fide* d. 8. diff. 7. Azorius t. 5. lib. 8. c. 6. q. 9. et alii plures. (15. Tertia sententia docet, talem Fidem explicitam esse necessariam necessitate medii, non ad justificationem, sed ad glorificationem. Ita M. Canus de *Sacramentis in genere* part. 2. Ledesma in. 2. part. q. 9. art. 2. Castrop. l. 2. de *Lege pœnit.* cap. 14. Bannes 2. 2. q. 2. art. 8. dub. ult. et alii. (16. Quarta sententia docet, Fidem explicitam horum Mysteriorum esse per se necessariam necessitate medii ad justificationem, et salutem æternam; per accidens autem, scilicet ratione ignorantie invincibilis, sufficere Fidem explicitam eorum in voto; sicut enim Baptismus est necessarius necessitate medii in re, vel in voto, ita Fides explicita eorum Mysteriorum est necessaria in re, vel in voto. Ita Suarez, disp. 12. de *Fide* sect. 4. n. 11. Lugo Cardin. disp. 12. de *Fide* sect. 4. num. 88. Leander part. 6. tract. 2. quæst. 6. et probabilius Viva ad proposit. 65. Innocent. XI. n. 10. et alii.

(17. Ex supradictis sententiis prima tamquam probabilior est tenenda. Colligitur ex Symbolo Sancti Athanasii, ibi: « Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat Catholicam Fidem... Fides autem Catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in Unitate veneremur... Sed necessarium est ad æternam salutem, ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat. » Et ratio est quia hæc duo mysteria sunt fundamentum totius nostræ salutis, nam in nomine SS. Trinitatis confertur Baptismus, sine quo nemo potest salvari. Per Christum vero sumus redempti, atque salvati, ipseque simul est verus Deus, verique Dei Filius, per quem creati sumus. (18. Nec valet objicere, quod, data nostra conclusione, sequeretur, quod Gentilis, qui ignorantia invincibili horum Mysteriorum laboraret, et simul observasset præcepta naturæ, ac Deum ex toto corde diligeret, salvari non posset, ex quo non crederet explicite hæc mysteria, quæ ignoraret; Hoc autem nullimode est dicendum: non valet, inquam, sic objicere, quia, si quis Gentilis, vel alius a pueritia enutritus in sylvis invincibiliter ignoraret hæc Mysteria, utpote nunquam sibi proposita, servasset legem naturæ, et nunquam mortaliter peccasset, divina Providentia provideret, ut vel specialilumine supernaturali interius illustraretur, vel ut ab aliquo alio hæc Fidei Mysteria idem proponerentur, ut ea explicite credere posset, prout in simili factum legitur Ennucho Reginae Candacis, *Actorum* cap. 18. et Cornelio Centurioni, *Actorum* cap. 10. Sic S. Thom. de *Veritate* quæst. 14. art. 41. ad 1. Scotus in prologo quæst. 1. cum suis.

(19. Omnes Fideles postquam ad usum rationis pervenerint, tenentur sub mortali neces-

sitate præcepti explicite credere, et saltem quoad substantiam, seu crasso modo scire mysteria contenta in Symbolo Apostolorum, Orationem Dominicam, Præcepta Decalogi, Sacramenta maxime necessaria, ut Baptismum, Eucharistiam, et Pœnitentiam. Reliqua vero tunc, quando volunt suscipere. Communis; Unde merito ab Innocentio XI, die 2 Martii 1579, fuit damnata sequens propositio ordine 64. « Absolutionis capax est homo, quantumvis labore ignorantia Mysteriorum Fidei, et etiamsi per negligentiam etiam culpabilem nesciat Mysterium SS. Trinitatis, et Incarnationem Domini nostri Jesu Christi. » (20. Non sufficit Fides ex testimonio humano, aut simili naturali motivo, quia Fides ad salutem supernaturalem necessaria, et quæ est radix nostræ justificationis, ex Tridentino sess. 6. cap. 8. ibi: « Fides est humanæ salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis; » est Fides stricta supernaturalis innixa testimonio divino, et nequit haberi ex puris naturalibus, quidquid olim contradixerint Pelagiani et Semipelagiani hæretici. Immo meritum Fidei consistit in hoc, quod independentem a naturalibus rationibus revelata credimus, præcise, quia revelavit Deus, qui est infallibilis veritas. Hinc justissime fuerunt proscriptæ ab Innocentio XI, die et anno citatis, sequentes propositiones, scilicet 19. in ordine, ibi: « Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium; » 20. ibi: « Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habet supernaturalem; » et 21. ibi: « Assensus fidei supernaturalis, et utilis ad salutem stat cum notitia solum probabilis revelationis, immo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus, » et 23. ibi: « Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo, ad justificationem sufficit. »

(21. Omnes Fideles, postquam ad usum rationis pervenerint, obligantur præcepto Divino ad eliciendum quandoque actum internum Fidei. Communis; et colligitur ex pluribus Sacræ Scripturæ testibus, et signanter ex c. xvi. Marci, ibi: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ; qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur*, ex c. i. ad Romanos, ibi: *Iustus autem ex Fide vivit*; et cap. iii. ad Galatas, ibi: *Ex fide justificat gentes Deus*; ex cap. xi. ad Hebræos, ibi: *Sine fide impossibile est placere Deo, credere enim oportet, etc.* Unde rectissime Alexander VII die 24 Septembris 1665, damnavit sequentem propositionem primam in ordine, ibi: « Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, et Charitatis ex vi præceptorum divinatorum ad eas virtutes pertinentium. » (22. Non sufficit autem actum Fidei tantummodo semel in vita elicere. Communis. Unde merito Innocentius XI die 2 Martii 1679, damnavit sequentem propositionem in ordine 17. Ibi: « Satis est actum Fidei semel

in vita elicere »: et hanc aliam in ordine 65. ibi: « Sufficit illa mysteria (scilicet Trinitatis, et Incarnationis) semel credidisse. » (23. Ad eliciendum actum Fidei tenetur quilibet rationis capax, cum primitus ei sufficienter Fides proponitur: Communis; et colligitur ex cap. xvi. 16. Marci, ibi: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ; qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur*. Hinc Infideles adulti non excusantur amplius ab infidelitate, cum Mysteria Fidei ita illis credibilia, proponantur; ut recta ratio eis dicet nostram Fidem esse veram, et contrariam sectam esse falsam. Unde Innocentius XI, die et anno citatis, juste damnavit sequentem propositionem in ordine 4. ibi: « Ab infidelitate excusabitur Infidelis non credens, ductus opinione minus probabili. » (24. Item ad eliciendum actum Fidei tenetur quisque, cum graviter tentatur interius contra Fidem, tunc enim tempus est resistendi contrariis actibus Fidei, ut ex I. Petri cap. v, ibi: *Cui (Diabolo) resistite fortes in fide*. (25. Item ad eliciendum actum Fidei internum tenemur, quando urget præceptum confitendi Fidem exterius; hanc enim debite ac veraciter confiteri non possumus, nisi interior Fidei assensus accedat. Herinex disp. 7. de *Fide* quæst. 8. n. 77. Bassæus verb. *Fides*. 1. n. 16. Sanchez lib. 2. in *Decalog.* cap. 1. n. 2. seq. et alii passim. (26. Item tenemur elicere actum Fidei per accidens, quoties urget præceptum alicujus virtutis exercendæ, quam sine Fide non possumus exercere, et sic eliciendus est actus Fidei saltem implicitus, quoties eliciendus est actus Spei, aut Charitatis; unde S. Augustinus cap. 7. *Enchir.* sic habet: « Fides credit, Spes et Charitas orant, sed sine Fide esse non possunt; » quia nisi quis Deum credat, Deum sperare, aut diligere non potest. (27. Item tenemur sæpius, et frequenter in vitæ decursu actum Fidei elicere. Huic autem obligationi satisfacimus per actum Fidei, qui concurrunt in exercitio aliorum actuum honorum, v. g. Spei, Charitatis Dei, Pœnitentiæ, Orationis, recitationis Symboli, formationis signi Crucis, auditionis Missæ, et hujusmodi; Sannig dist. 1. de *Fide*. qu. 21. n. 3. Herinex disp. 7. de *Fide*. qu. 6. n. 76. Reiffenstuel tract. 4. de *Virtutibus Theologicis* dist. 2. q. 3. n. 34 et 35. La Croix lib. 2. n. 51. et alii communiter.

(28. Nullo unquam casu, adeoque nec mortis vitandæ causa licet Fidem negare externe, quamvis ea retineatur interne. Est de Fide, et communis inter Catholicos, atque in Concilio Romano sub Cornelio Papa definita contra hæresim Elcesitarum, et contra Gnosticos et Priscillianistas, qui dicebant, posse instante persecutione negari Fidem exterius; dummodo servaretur interius; teste enim Baronio ad annum 254. fuit in dicto Concilio damnata tamquam hæretica sequens propositio: « Licetum est exterius Fidem negare instante persecutione, et sufficit eam in animo suo interius retinere. » Et veritas nostræ conclusionis habetur ex-

presse ex verbis Christi, *Matth. x*: *Qui negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo*. Idem habetur Marci viii, et idem dicit Apostolus II ad *Timoth.* c. ii. ibi: *Si negaverimus eum, et ille negabit nos*, et patet ex gloriosis exemplis tot millium SS. Martyrum, qui mori maluerunt quam Fidem exterius negare. (29. Immo nedum nullo unquam casu licet Fidem negare externe, sed insuper tenemur de præcepto aliquando eam externe profiteri. Communis, et patet ex verbis Christi *Matth. x*. ibi: *Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo; et Luca*, ibi: *Qui me erubuerit, et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet*. (30. Dicitur autem notanter aliquando, quia duplex est præceptum confessionis, seu professionis externæ Fidei, scilicet præceptum negativum de non denegando Fidem externe, quod obligat semper, et pro semper, cum numquam liceat Fidem exterius negare, quamvis retineatur corde, et interius; et præceptum affirmativum de confitendo Fidem externe, quod obligat quidem semper, sed non pro semper; et solummodo pro aliquo determinato tempore. (31. Unde per hoc affirmativum præceptum tunc præsertim obligamur ad externam Fidei confessionem, quando per ejus omissionem subtraheretur honor debitus Deo, aut utilitas proximo impendenda; sic communis cum S. Thoma 2. 2. quæst. 3. art. 2. ubi dicitur quod tale præceptum affirmativum obligat, « quando per dimissionem hujus confessionis subtraheretur honor debitus Deo, et utilitas proximo impendenda, puta si aliquis interrogatus de Fide taceret, ex hoc crederetur, vel quod non haberet Fidem, vel quod Fides non esset vera, vel alii per ejus taciturnitatem averterentur a Fide. In hujusmodi enim casibus confessio Fidei est de necessitate salutis. » Hinc merito Innocentius XI. die 2. Martii 1679. damnavit sequentem propositionem in ordine 18. ibi: « Si a potestate publica quis interrogetur fidem ingenue confiteri, ut Deo et Fidei gloriosum, consulo; tacere, ut peccaminosum per se, non damno. »

(32. Per se loquendo, si quis de Fide interrogetur a persona privata, non peccat si tacet, quia tunc est potius contemptus personæ, quam Fidei ipsius: Si vero tale silentium sit signum negatæ Fidei, vel erubescentiæ de confitenda Fide, aut proximo generet scandalum, et occasionem spiritualis ruinæ, tunc sic tacens graviter peccat. Communis. (33. Potest licite Fides occultari fugiendo; tempore enim persecutionis licitum est Christianis fugere, seu se occultare, ne interrogentur, et Fidem confiteri compellantur; Unde idipsum non tantum docuit Christus *Matth. xx*. dicens: *Cum persequeretur vos in Civitate ista, fugite in aliam*, sed etiam ipsemet practicavit fugiens Herodis et Judæorum persecutionem, ut notavit Gregorius Papa in cap. *Seiscitaris* 7. qu. 1. et ipsum imitati sunt inter plures alios S. Athanasius, et S. Paulus Apostolus, ut habetur